



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Specvlvm || Vitae aulicae**

**Schopper, Hartmann**

**Francof. Ad Moen., 1584**

**VD16 R 1015**

[Capvt XXIII.]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)

Ut sempiternas cogerer  
 Post sua pœnas penderet  
 Quare mihi salubrius  
 Videtur, ac consilius,  
 Ut huius omnes indicem  
 Reos nocentes criminis.  
 Licet mihi sint proximo  
 Conglutinati sanguine,  
 Visit nefas hos prodere.  
 Sed preparatas horreo  
 Pœnas paludis infera:  
 Quare coactus proferam.

Rex territus rumoribus  
 Spes inter haret, & metus,  
 Dicitq; nequam Reinike  
 Tu veritatis optima  
 Non cultor esse crederis.

Demiror, inquit Reinike  
 Rex gratiose, simplici  
 Quod de mea sententia  
 Orationis ambigas.  
 Iuuaret ecquid amplius,  
 Si proferam mendacium?  
 Huc cum vel hora proinus  
 Vitale lumen deseram.  
 Cur mortis in discrimine  
 Non veritatem detegam?  
 Essem profecto stultior  
 Et omnibus dementior.

Commota verbis callidis  
 Regina dicit, per mei  
 Iuro coronam verticis,

Malus cœ  
 se simulat  
 bonum, &  
 pessimum.

Regina mi  
 seretur Reinike

Me Valpis huius pœnitet:  
 Rex ergo cum miserrimis  
 In gratiam reducere,  
 Crudele vel suspendium  
 Facquaeso durus carnifex  
 In tempus hora differat,  
 Ut omnis hac certissimo  
 Res explicetur ordine,  
 Et quisque vocem suppressat,  
 Ut audiatur apertius.

Hinc Voce Regis omnibus  
 Indicitur silentium.

Non concionis inscius,  
 Orditur arte Reimike  
 Mendaciorum copiam.

Si Regis vxor optima  
 Hac scire iam desiderat,  
 Impunè cuncta dixero,  
 Nec auribus pepercero  
 Vllius hostis impij,  
 Mithiq; iuncti sanguine.

Noua nar-  
 ratio.

In sede Vallis abdita,  
 Noctis silentis tempore,  
 Inuenit olim regium  
 Parens meus stipendium,  
 Et pondus auri maximum.  
 Thesaurus hic Emmerici  
 Fuisse Regis dicitur,  
 Fons cladis infestissima.  
 Nam cum pater successibus  
 His auctus esset floridis,  
 Auroq; Cræsum vinceret,

Super-

*Superbus, asper, arrogans,  
 Fastidiosus, insolens,  
 Nixusq; contumacia,  
 Magnaq; si pecunia  
 Effertur alto spiritu,  
 Et regna mente concipit:  
 Nec amplius desiderat  
 Pars esse vulgi nobilis,  
 Statim sed are comparat  
 Insigne Regis aureum,  
 Regemq; sese nuncupat:  
 Et nuncios in horridam  
 Cum fele mittit Ardiam,  
 Qui cum Brunonem repperit,  
 Huic iussa patris explicat,  
 Tenempe, dicit protinus  
 In Flandriam erant currere  
 His literis clam postulat:  
 Diebus istis proximis  
 Qui regna vult capessere,  
 Incepit ergo perfrui  
 Vterq; magnis gaudijs,  
 Sperant & ipsi commoda  
 E dignitate regis,  
 Et patris astu maximo.  
 Nec impedit cunctatio,  
 Se conferunt in Flandriam:  
 Parens utrumq; splendidis  
 Non absque donis excipit,  
 Scribuntur inde literae,  
 Et rursus ad Greuinchium,  
 Lupumq; mittunt nuncio.*

Signa mali  
 animi qui  
 nec paren-  
 tē, confan-  
 guineosq;  
 ignomi-  
 niis affice-  
 re veretur.

Ne ceteris hi tardius  
 Ad tecta Regis aduolant,  
 Tunc ortus consultatio  
 Est inter omnes maxima,  
 Quibus pater fallacius,  
 Aut machinationibus,  
 Regem neci demitteret,  
 Regnumq; si subuerteret.

Hi quinque fedus icerant,  
 Infata regis vltima,  
 At si quis e regalium  
 Conuentibus sarellitum,  
 Vel stirpe natus nobili  
 Per arma, vimque militum  
 Hos vindicare cogitet,  
 Pars copias conscriberent,  
 Et fortiter resisterent:  
 Pars tenderent Aquisgranum,  
 Et destinarent maximo  
 Sceptrum Brunoni regium,  
 Quod ceteris robustior  
 Is esset atque fortior.  
 Cui dignitate proxima  
 Parens meus succederet.  
 Sic cuncta designauerant.

Audite nunc qua machina  
 Expertus explorauerim,  
 Aut ista scire quinerim.

Nam cum quondam largius  
 Cum sumeret Greninchus,  
 Et ebriosus cum sua  
 Communicaret coniuge.

Licentiusq; luderet,  
Fatale crimen detegit:  
Nec alma Vno creditur  
Inesse frustra Veritas.  
Tacebat Vxor credita,  
Dum sola delitesceret:  
Quousque Venit ad meam  
De more priſco coniugem,  
Tunc protinus Greunckij  
(Solent Vt omnes fœmina)  
Coniunx resignat abdita,  
Et instituta diſſipat.  
Tamen rogat fideliter  
Meam ſubtude coniugem,  
Vi nemini negocium  
Iſtud recludat arduum,  
Quod ipſa calat integra  
Per noctis horas Vnica,  
Quousque mane ſurgerem.  
Sed iſta cum perceperam,  
Turbabar amens maxime  
Dolore Vix nescius.  
Recogitabam fabulas,  
Et acta priſci temporis.  
Pro rege quando Iuppiter  
Olim trabem rogantibus  
Ranis Olympo mitteret:  
Nec inſtar illam Principis  
Vellent tamen cognoscere,  
Crudeliorem poſtea  
Iſtis dedit Ciconiam,  
Quæ ceu Tyrannus impius

Grassata totis finibus  
 Suos vorant subditos.  
 Ne forte iam contingeret  
 Idem, Verebar anxius.  
 Tunc ergo soles condidi  
 Excogitando plurimos,  
 Has arte qua mirabiles  
 Retruderem praestigias.  
 Quapropter ipse maximis  
 Nucbar &sq; viribus,  
 Ut pondus auri prae graue  
 Auferre possem conditi,  
 Tanti caput discriminis.  
 Quare sequar omnia  
 Patris mei vestigia:  
 Seu rura culta carperet,  
 Cum sol micaret aestuans,  
 Syluasve clàm capesseret,  
 Cum luna fulget aurea,  
 Per solis aestus ignei,  
 Nivesq; frigidissimas:  
 Quocunque gressum poneret,  
 Hunc insequer sedulo.

## COMMENTARIA.

- I. **V**ide quibus Reinike nitatur fundamen-  
 tis constituendae fidei, nimirum duo-  
 bus firmissimis. Alterum est, quod non solum  
 consanguineos suos, verum ipsum etiam pa-  
 trem accusat, & in summum capitis pericu-  
 lum arcessit. Alterum quod Sicariorum quo-  
 rundam insidias aperit, qui Regem ipsum tru-  
 cidare,

~~cidare, & de Regia dignitatis gradu deicere-~~  
~~conati sunt,~~ quibus suspicionibus Rex, ut fidē  
 orationi habeat, bifariam persuadetur.

Nemo enim facilē sanguine iunctos aut  
 parentem suum in vitæ discrimen vocat. Ad-  
 hæc pleriq; omnes ad studia gloriæ incendi-  
 mur, & cupiditate regnandi torquemur, vn-  
 de in suspicionem regni appetendi si qui de-  
 lati fuerint, incidere facilimè solent. Proindē  
 animaduertat iudex, ne orationi ad speciem  
 veritatis adumbratæ citò credat. Inquisitio  
 enim & inuestigatio veri propria iudicis esse  
 debet, ut finem semper, in quem dicuntur o-  
 mnia, respiciat & consideret.

Nemo pecuniam, quæ est effectrix multa-  
 rum & magnarum calamitatum, tanti æsti-  
 mare velit, ut in ea fiduciam dignitatis suæ aut  
 omnium rerum spem reponere, eiusq; causa  
 maleficiū etiam minimum admittere co-  
 neretur. Pecunia enim fugax, fragilis & caduca  
 cum sit, ab inconstantia & temeritate seiungi  
 non potest. Opes etiā facultatesque, quas per  
 vitæ totius curriculum sepè studiosissimè cu-  
 mulasti maximas, & ferreis sephisti cauernis,  
 harum vnus horæ spacio iacturam facere, &  
 in vitæ genus contemptissimæ incidere potes.  
 Dei enim opera, poenæque admirabiles intel-  
 ligentiæ nostræ vim ac notionem fugiunt.

II.

~~Explicatur hæc opera ebrietatis propria.~~ III.  
 Prouerbialis extat sententia, In vino Veritas. ἐν οἴνω ἀ-  
 Significat autem ebrietatē animi fucum tol- λήθεια.  
 lere, & quicquid in pectore conlitum est, in-



apertum proferre. Vnde etiam diuinae literae  
vetant Regibus vinum dari, quòd ibi nullum  
sit arcanum, vbi regnet ebrietas. Vnde Salo-  
mon in Prouer. à me carmina redditis sic ait:

Cap. 31.

*Quod prius exitio Reges dedit optime fili,*

*Hoc rabida caueas aspide perus iter.*

*Pocula Principib. neque pone capacia mignos*

*Obrue nec Reges exhilar ante mero.*

*Vincula diuini ne iuris honesta resoluant,*

*Pectora cum nimio sunt m. id. facta mero.*

*Et miseros duris cruciatibus vrere pergant,*

*Atque malos spretò iure leuare viros.*

*Sunt arumnosis quicunq; laboribus hausti,*

*Nectar, & his Vinum prebibe dulce puer.*

Lib. 14.

*Vi mala curarum tormèta relinquere possint,*

Cap. 22.

*Pectoris arumnas excutiantq; graues.*

Hinc est quòd Plinius scripsit vinum vsq;  
ad edè mentis arcana prodere, vt mortifera et-  
iam inter pocula loquantur homines, & ne  
per iugulum quidem redituras voces conti-  
neant, vulgoque, inquit, vino attributa est  
Veritas. Celebratur etiam Persæ cuiusdam  
Apophtegma, qui negauit tormentis opus  
esse ad exquirendum verum, vino enim re-  
ctius elici, quod Horatius approbat:

Horatius  
in Odis.

*Tulene, inquit, tormentum ingenio admoues,*

*Plerumque duro, tu sapientium*

*Curas & arcanum iocoso*

*Consilium redegis lyao.*

Idem.

In arte Poe-  
tica.

*Reges d. cuntur multis vrere culullis,*

*Et torquere mero, quem prospexisse laborant,*

An

*An sit amicitia dignus.*

Rursum alibi.

*Quid non ebrietas designat? opera recludit,  
Spes iubet offerat, in preliis trudit inermē.*

Et certum est quod largius poti non tantum effutiant sua arcana, verum etiam audacius in alios loquantur, quod enim in corde sobrii, id in lingua ebrii. Vnde etiam iactatur adagium, non audiri verum, nisi à tribus hominum generibus, pueris, ebriis, & insanis. Sed nihil pestilentius, quam impunitas garrimenti, aut Senatus ad garrendum optimus, ad loquendum ineptissimus, & nihil salutaris fide & taciturnitate Reipublicæ accedere potest.

Sed iam experientia docuit, vsusq; quotidianus confirmavit, quod temulenti libere & tuto, quicquid in buccam veniat, loquantur, quin etiam incircumspectè, & quicquid forte fortuna in animum inciderit, impunè nugentur. Perinde quasi sermo illis non in pectore, sed in faucibus nascatur. Vnde non solum semetipfos, verum etiam alios infinitis immergunt calamitatibus, quod sobrii certè nunquam aggredierentur. Homines itaque frugi, qui parçè continèter, & sobriè viuunt, auro Princeps sibi comparare debebat maximo. Quid multis innumera temulentiaè mala & immensa continentia commoda, nec liber Iliade prolixior complecteretur. Vinolentiaè detrimenta quotidie ob oculos versantur, quod ipsa non solum vitæ, aut corporis,

honoris aut rei domesticae damna, verum etiam anima ipsius incommoda pariat. Sed ad eam iam, pro dolor, nos Germani redacti sumus dementiam, ut illum quem amiciores caeteris honorificentius excipere aut tractare volumus, vini copia sic obruamus, ut neque pes, neque mens officium suum faciat. Haec autem quae amicitia, quae familiaritas, aut benevolentia, quod hominum sanum & sobrium de mente & sanitate deturbo, vitam illi breuiorem facio, sensus obnubilo, ad maleficium impello, ut se non solum indecenter gerat, verum etiam saepe ea effutiat, quae mihi & illi incommodo esse possint? Unde non immerito ebrietas mater & radix omnium malorum, causa & origo damnationis aeternae, praedatrix vitae humanae, venenata bona valetudinis, omnium arcanorum reuelatrix, honestatis, & omnis recti expultrix, intelligentiae, sensuum, memoriae, morum, totiusque humanae naturae, & ordinis perturbatrix appellatur.

IIII.

Quae quid reticere volueris, id si mulieri credas, idem feceris ac si aquam cribro haurires. Matronae quidem, & aliae honestae virginis a uni laude sunt dignissime, inveniuntur etiam illustriores foeminae quae fidelius viris, praesertim ebriosis commissa possunt abscondere.

Sed quia rarissimae sunt haec mulieres, nigrisque simillimae cygnis, caute hac in re agendum est. Pleraque enim foemina loquacitatis vitio laborant. Proinde si quid occultum, reconditumque esse volueris, ne viro quidem,

nisi

nisi summa necessitate & urgente occasione  
coactus aperias, nedum femina credideris.

Honesta autē matrona res graues, & ponderosas, ad se nihil spectantes expiscari nō debet. Nec mihi quisquam rem gratam praestiterit, si ea quorum mea non refert, dilucidè mihi explanet atque recitet, tamen si enim explorata habeam, nihil tamen commodi meae inde rebus accedit. Quòd si res percrebuerit, & in sermone omnium esse coeperit, equè mihi ac alteri culpa imputabitur, vnde plus detrimenti, quàm commodi emanare solet.

Docet nos exemplū aut fabula Ranarum, ne facillè peregrinos concupiscamus dominos, sed eum, quem Deus & fortuna obtulit Magistratum, siue asperum, siue benignum, patienter feramus, ei quē in omnibus obtemperemus, à Deo enim conceditur, cui frequētius deterior, quàm clementior succedere solet. Optandum quidem est mansuetum potius & clementem dari Principem, qui suos subditos, quasi pater patriae fideliter tueatur, & humaniter tractet, quàm Tyrannum reuereri multiplicesque ab ipso illatas perferre iniurias: Veruntamen quia & bonus & malus à Deo ad hanc dignitatem ordinatur, tolerandi ambo erunt. Tui enim officij est Magistratui obedire, eumque reuereri, qui si peccat, & ipse pœnas temeritatis suae à

Deo constituendas  
dabit.